

ibi: *sara iracione conocida*, ubi Gregorius Lopez gloss. 11. Antonius Matheus libro quadragesimo octavo, Digest. titulo secundo, capite secundo, numero decimo. Quia sub lege Julia Majestatis comprehenditur arcem amittere, vel eam evidenti periculo amittendi exponere, per Textum in lege tertia, §. primo, Digest. ad legem Juliam Majestatis. Idem enim est arcem perdere, ac milites Praesidians, in quibus defensio consistit, fame, nuditate, omniumque rerum egestate dissipare; sic tenent Ayala de jure bell. libro tertio, capite decimo octavo, Caballus dicto casu 294. numero 191. Antonius Matheus dicto capite secundo, numero decimo quinto. Et cum crimina militum aggraventur secundum qualitatem personae peccantis, Text. in lege secunda ad finem, Digest. de re milit. ibi: *Et augetur, ut in ceteris delictis, dignitate, gradu, specie militis*. Dum ducis generalis vicibus fungeretur Praefectus, & in hac calamitosa tempestate ignorare non posset in confinis tot arcibus everfas, tot insulas vastatas, totque populos direptos, cum lamentabili strage oppidanorum, ita ut hostium vigilantia, & crudelitas, neque sacris, neque profanis parcat, improvisis incurfionibus; fatendum est enormiter deliquisse, subsidia militum intercipiendo, & ad proprios usus applicando; quando necessitate muneris sibi concediti tenebatur omnia parata habere ad debite resistendum cuicumque hostilitati.

His positis, licet valde controversum sit per Doctores, an Princeps absque cause cognitione possit amovere Magistratum, cui officium concessit ad nutum voluntatis, cum illa nempe clausula, *mera & libera voluntate durante*, ut in Regnis nostrae Aragonum coronae sit, vel ut in muneribus Novi Orbis per triennium, vel magis, vel minus juxta voluntatem. De qua quaestione negativam partem tuerentur plures adducti per Dominum Franciscum Amaya in lege tertia, Codic. de conn. largit. libro decimo, numero vigesimo, & affirmativam plures laudati per Mastrillum de Magistrat. libro primo, capite vigesimo septimo per totum, Larrea allegatione fiscal. septuagesima, numero nono, & Domin. Crespi observatione septima, ex numero primo. Foedere distinctionis concordari has

opiniones posse arbitror: nam opinio Amayae, & sequacium procedit ab eo qui superiorem habet, ut Episcopus, Dominus oppidorum & similes: nam ij non possunt semel electum ab officio remove, absque causa legitima cognitione. At Princeps superiorem non recognoscens, de plenitudine potestatis posse absque causa solemnique cognitione, dicendum est, juxta doctrinam Mastrilli, & aliorum. Quod mihi probat Text. in lege solet 6. §. primo, Digest. de officio Proconsul. ibi *Adimere mandatum jurisdictionem licet quidem Proconsuli. Non autem debet inconsulto Principe hoc facere*. Quibus verbis clarè Ulpianus docet, quod summo jure inspecto Proconsuli licuit, dum superiorem Principem non habebat, mandatum jurisdictionem adimere: Sed postquam omnis potestas in Principem translata fuit, eo inconsulto hoc facere non debet; quia adimere officia semel concessa, de regalibus Principis, non recognoscens superiorem est.

Si enim ista potestas jure ordinario residet in Principe, ea maxime uti debet in rebus bellicis, quae statuta non habent, ut dixit Fam. Strada de bello Belgic. libro primo. Nam ut Maximus seicrè dixit, libro quinto, capite secundo, *inter armorum strepitum verba juris civilis exaudiri non possunt*, propter periculum imminens, quod semper urget; praesertim in illis longinquis regionibus, in quibus nisi providentia magna celeritate adhibeatur, omnia perire est facillimum, & plerumque, ut 34 dixit Tacitus libro tertio historiar. *ex distantibus terrarum spatiis, consilia postres afferebantur*. Si enim causa justa adest, ut in praesenti, non debet spectari procedendi morosa forma cum eo, qui in remotissimis regionibus degit, quia dum agitur de fulminando processu, hostes possunt provinciam indefensam evertere, populos quassare, insulam universam dominari. Et cum facilius sit Praefectum ad pristinum statum restituere, si eo audito innocens appareat, quam insulam deperditam recuperare, melius visum fuit in tempore occurrere, quam post illatum damnum remedium quaerere, Text. in leg. fin. ad finem, C. in quib. caus. rest. in integ. non est necess. cum

cum aliis adductis per Barbofam axiom. 146. num. 1. quod Politicorum calculo roboratur, pluribus Solorcan. emblem. regipolite. 74. numero 40. cum sequentibus. Et sic Senatus censuit, Principem consulendum esse, quod Praefecto amoto, alius mitteretur, syndicatus iudicio in eum decreto ut plenè audiri posset, & sic Princeps fieri iussit.

CONTROVERSIA LXXVIII.

De iudice laico procedente contra reum qui immunitate Ecclesie jurari intendit, in casu quo gaudere non potest, per notorietatem juris, vel facti: & de remedio Auxilii Regis contra Ecclesiasticum violententer procedentem, vel absque jurisdictione.

SUMMARIUM.

- 1 Regis officium est liberare vi oppressos, de manu calumniantium.
- 2 Juris divini, aq. Canonici testimoniis corroboratur.
- 3 Quod extenditur ad negotia Ecclesiastica.
- 4 Sub obligatione reddendi rationem Reges tenentur subvenire vi oppressis.
- 5 Non repellens injuriam, si possit, reus est sicut ipse qui facit.
- 6 Rex non utitur jurisdictione dum subvenit vi oppressis, sed de facto vim excludit.
- 7 Vim vi repellere licet, de jure natura, praecognito per jus civile, & canonicum.
- 8 Vis fieri potest, ut quotidie fit, in judiciis.
- 9 Violentia exclusio de jure civili, ad supremos Magistratus pertinet.
- 10 Regum obligatio, quoad tutamen Subditorum, ex lege antiquiori Hispaniae.
- 11 Regum munus, quo ad hac, de jure paritarum.
- 12 Lex 4. Styl. ad idem expenditur.
- 13 Rex Joannes Castella 1. idem lege sanxit.
- 14 Piusimus Carolus V. hac omnia explicavit, non per modum legis statuendo

contra Ecclesie jura, sed attestando juris naturalis, & consuetudinis dispositionem, vel observantiam.

- 15 Reges derivant potestatem à Deo, non à populo.
- 16 Consuetudo observata ab initio nascentis promulgationis immunitatis.
- 17 Immunitatis Ecclesiarum origo, & progressus remissive.
- 18 Constantinus Magnus immunitatis observantiam executioni dedidit, & ab eo tempore consuetudo recursus ad Regem pro violentis excludendis, comprobatur.
- 19 Regni Gothorum initium in Hispania, ab Ataulpho derivatur.
- 20 Gothi infecti Arrianae labe, Ecclesiam potius conculebant, quam colebant.
- 21 Ricaredus Regnum universum Hispaniae ad orthodoxam fidem restituit.
- 22 Gundemarus observantiam immunitatis in Hispania primus lege firmavit.
- 23 Lex Hispana quae primum scripta reperitur de immunitatis observantia, quoad loca, est Sisenandi Regis.
- 24 Ab eodem ferme tempore derivatur consuetudo propulsandi violentias per nostros Reges.
- 25 Textus in capite filii, vel nepotibus 31. 16. quaestione 7. expenditur.
- 26 Hic Textus desumptus fuit à Concilio IX. Toletano cujus auctoritas magna est.
- 27 Pater Diana hunc Textum interpretando, varias evasiones excogitavit, quae reselluntur.
- 28 Nulla ex solutionibus Diana excludit consuetudinis comprobationem.
- 29 Futile argumentum desumptum, ex eo quod nunquam violentia in actu practico reperitur, dissolvitur.
- 30 Doctores Regnorum Castella hanc praecipuam comprobantes allegantur.
- 31 Aliorum Regnorum Auctores, hanc sententiam approbantes, traduntur.
- 32 Praefules, & viri celeberrimi Ecclesiastici Ordinis, hanc sententiam tenentes, annumerantur.
- 33 Rota Romana Decisiones, hanc observantiam

- servantiam tolerant, adducuntur.
- 34 Vis inferitur ab Ecclesiasticis, vel appellationem non admittendo, ut suas executioni sententias mandent; vel mittendo falcem in messem alienam, de laicorum causis profanis cognoscendo.
- 35 Facilius aditus est potestati Regia ad propulsandam vim irrogatam laicis, quam Ecclesiasticis.
- 36 Ecclesiastici Judices agrius ferre solent pronuntiationem, quod vim faciunt, in cognoscendo & procedendo, & quare.
- 37 Haec pronuntiatione, non solum habet locum in controversiis civilibus, sed in criminalibus.
- 38 Praxis Hispana, quoad tollendam vim, quando inferitur in cognoscendo, & procedendo, traditur usque ad n. 58.
- 39 Lapsus aliquorum arguitur in percipiendo doctrinam D. D. Francisci Salgado.
- 40 Salgado dum loquitur de captura facta per judicem Ecclesiasticum in Ecclesia, a quo appellari potest, & si vim inferat, implorari auxilium Regium, perperam adducitur dum loquimur de laico, qui reum extrahit, & ipse recursum emittit, hoc auxilium implorando.
- 41 Ecclesiastici vim inferunt, si per censuras reum repetant, extractum ab Ecclesia, pro criminibus in quibus ea fini non debet per notorietatem facti, vel juris.
- 42 In defensione praeminentiarum Ecclesiae, vis intervenire solet.
- 43 Vis adest, quando Ecclesiasticus procedit, per errorem intolerabilem, contra jus manifeste.
- 44 Summorum Pontificum testimonia hanc conclusionem comprobantia.
- 45 Si reus verè confugit ad Ecclesiam, & crimen non est de exceptis, inepte & iniuste iudex procedit ad eum extrahendum, & dignus poena est.
- 46 Si res dubia fuerit, idem dicendum est, quia Ecclesia semper est favendum.
- 47 In notoriis tantum procedit nostra sententia, quia notorietas necessaria est, ut vis illata dicatur.
- 48 Notoria quae dicantur, juxta Canonicas sanctiones.
- 49 Si notoriè constat de facto, hoc est

Reum ad locum immunem non confugisse, Judici laico relinquendus est.

- 70 Notoriè de facto constat, si ex ipsa allegatione confugiens resultat, non confugisse ad locum immunem.
- 71 Qui allegat alligatum ducum fuisse per ruinas in eremo repertas, quae dicebantur olim Ecclesiam fuisse, nota confugit ad locum immunem.
- 72 Captus in diversorio epulando cum sodalibus, non potest frui privilegio immunitatis, pro delicto recentis, etiamsi pro antiquiori verè ad Ecclesiam confugisset.
- 73 Iudex laicus in hoc casu obtinuit in consilio, quod Ecclesiasticus vim infererat, procedendo per censuras.
- 74 Idem si reus captus in propria domo, pro recentioribus delictis, prosequi intenet articulum immunitatis suscitatum cum diverso iudice, procedente pro alio crimine, de quo plenam libertatem obtinuit.
- 75 Si reus captivus ducatur in vehicula, cujus rota tetigerit septa Ecclesiae, vel ipse manum extendens tetigerit parietes, non potest dici confugisse ad locum immunem.
- 76 In his, & similibus speciebus, recursus semper emittitur in statu, quia deficit basis jurisdictionis, nempe Ecclesia laesa.
- 77 In recurso per viam violentiam, proceditur ex bono, & aequo, absque figura iudicis, quare non attendenda formula petendi.
- 78 Et consequenter non est necessaria appellatio, neque declinatoria fori.
- 79 Decretum usufrequentis, nempe causa non ducitur in statu, quando procedat.
- 80 Probans confugisse ad Ecclesiam, falsis testibus, dum falsitas non detegitur, rectè tueretur ab Ecclesiastico.
- 81 Quare, ut causa ducatur in statu spectanda est sententia Ecclesiastica.
- 82 Falsitatis detectio, & revocatio litterarum Ecclesiasticarum.
- 83 Si non revocasset, & procederet per censuras, vim intulisset.
- 84 Crimina nominatim expressa in constitutione Gregoriana, si per notorietatem reum commississe appareat, nulla adhibita appellatione, vel declinatoria, procedit recursus, & semper causa ducitur in statu.

- 85 Reus in hoc casu laicus est, causa merè profana, & deficit violatio immunitatis, ut suscitata dicatur Ecclesiastica jurisdictione.
- 86 Ecclesia non tueretur patrans crimina excepta.
- 87 In casibus exceptis, jus concedit procedere laicum in reos.
- 88 In his criminibus, licitè laicus extrahere potest reum ab Ecclesia.
- 89 Homicidium patratum dum agitur ludus Taurorum coram universo populo, & proditoris per notorietatem apparet esse de exceptis.
- 90 Decretum laicorum in hac specie pronuntiatum in Pinciana Cancellaria.
- 91 Si notorietas sit ea, quae deducitur ex actis, non statim excluditur jurisdictione Ecclesiastica, & sic qualitas excludens coram ipso, est probanda.
- 92 In his sepius evenit quod causa ducatur non habens statum.
- 93 Si probati criminis excepti liquida non sit, recursus non procedit, & via ordinaria appellando, & coram superiori Ecclesiastico litem prosequendo, terminari debet.
- 94 Differentia quoad modum procedendi inter Regna Corona Castellae, & Aragonum proponitur.
- 95 Competentia jurisdictionis aequalitatem servat; declinatoria reum ex iudice facit.
- 96 Origo Competentiarum à contractu, ultro, citroque obligatorio dimanat.
- 97 Contrahentes fuerunt status Ecclesiasticus auctoritate Pontificis, Provinciae Tarraconensis, & Rex Petrus IV. Aragonum.
- 98 Valentiae Ecclesia tunc erat suffraganea Ecclesiae Tarraconensis.
- 99 Contractus iste irrevocabilis factus fuit.
- 100 Aliud est contractum fieri, & aliud privilegium concessum in vim contractus.
- 101 Contractus si deficiat, facilius revocari potest jus per consuetudinem, vel concessionem adquisitum, ut in Regnis Castellae constitutio Gregoriana allegari valeat.
- 102 Constitutio Gregoriana non tenet, quia ab ea supplicatum simpliciter fuit.
- 103 Gregorius XIV. omnia reduxit, in sua D.D. La ur. Matthæu, de Re Crim. P. II.
- constitutions de immunitate, ad terminos juris.
- 104 Clausula, reducens omnia ad terminos juris, cuncta comprehendit, & ad omnia antecedentia referenda est.
- 105 Observantia subsequuta id ipsum comprobatur.
- 106 Ecclesiastici idem observant, ita ut nunquam reus extractus ab Ecclesia custoditus sit, vel ad custodiam postulat, per Praelatos.
- 107 Ecclesiastici non tractant de tradendis reis criminum exceptorum laicis iudicibus ut puniantur, sed de liberandis, ut absque poena evadant.
- 108 Praelati soli, juxta Gregorianam, procedere possunt in questionibus immunitatis: & nihilominus omnes procedunt.
- 109 Episcopis delegatam esse jurisdictionem in his causis à Sede Apostolica, plures tenent.
- 110 Appellatio interposita per reum, qui non obtinet in articulo immunitatis, admitti solet ab Ecclesiasticis contra Gregorianam.
- 111 Gregoriana, quoad delicta excepta interpretanda est per jus Canonicum.
- 112 Dispositio Gregorii, quoad homicidam proditorum, est eadem ac contenta in c. 1. de homicid.
- 113 Gregoriana non diffinit quid requiratur ad proditionem probandam.
- 114 Publici latrones non gaudent immunitate juxta c. inter alia 6. de immunit. & Gregorianam.
- 115 Decultores fraudulentis, latrones publicos esse declarat S. Pius V.
- 116 In delictis de quibus dubitatur, an comprehensi sint inter excepta per Gregorium, non patet facilis aditus ad Tribunalia Regia, quia deficit notorietas, ut appareat de violentia.
- 117 In Regnis Castellae sola via recursus per violentiam patet gravatis, & ad eam requiritur notorietas.
- 118 In Regnis Coronae Aragonum notorietas non requiritur, quia proceditur per viam competentie.
- 119 Cancellarius, qui competencias dirimit est Ecclesiasticus, & habet jurisdictionem concessam per summos Pontifices.
- 120 Competentia admissa cessat ubi adest notorietas.

- 121 Decretum laicorum solum dari potest, quando Ecclesiasticus procedit contra laicum in causa mere profana.
- 122 Cognitio articuli immunitatis pertinet ad Ecclesiasticum, quia controversitur de reverentia debita Ecclesie, quod profanum non est.
- 123 Judex Ecclesiasticus tanquam superior debet cognoscere an sua sit jurisdicatio.
- 124 Immunitatis privilegium dari non potest ei qui ad locum immunem non confugit.
- 125 Neque ei qui, commisit crimen exclusum per ipsam Ecclesiam ab immunitate.
- 126 Deficiente probatione confugientis ad locum immunem, deficit basis, & fundamentum jurisdictionis.
- 127 Qualitas propter quam conceditur jurisdicatio semper verificari debet.
- 128 Ecclesiasticus procedens, non constito de vero confuga ad locum immunem, per vim, & injuriam turbat jurisdictionem laici.
- 129 Ecclesiasticus ostendere debet reum confugisse ad locum immunem, ne vis fieri dicatur.
- 130 Laicus a communiter contingentibus probare debet reum, quem supponit confugisse ad Ecclesiam, patrasse crimen exceptum.
- 131 Constito quod reus crimen exceptum patrasit, causa remanet mere profana.
- 132 Ecclesiasticus vim insert procedendo, postquam notorie probatum est, reum crimen exceptum patrasse.
- 133 Judex in notoriis non cognoscit an sua sit jurisdicatio.
- 134 Ecclesiasticus vim insert, si declarat se competentem in casibus notoriis.
- 135 Imprudenter, & injuste Judices laici agunt, reos extrahendo ab Ecclesia, nisi prius concludenter probetur, crimina excepta patrasse.
- 136 Exemplum memorabile delinquentis in Ecclesia.
- 137 Rei plerumque testes falso deponentes illos ad Ecclesiam confugisse, producunt.
- 138 In rebus magni momenti, testes examinandi sunt per judices.
- 139 Testium falsitas in his articulis immunitatis, aliquando detecta.
- 140 Doctores non sunt annumerandi, sed

- rationes, & jura pensanda.
- 141 Judices in Ecclesiasticis non suo sensu, sed Canonum auctoritate, duci debent.
- 142 Judicium absolvitur per actum intellectus, non per voluntatis nutum.

Regis officium est proprium, & facere judicium, & justitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos, dixit sanctissimus Doctor Ecclesie Hieronymus, super Jerem. cap. 22. relatus in c. Reg. 23. 23. quast. 5. Quod non solum auctoritate tanti viri, firmatur, verum Canonica, & Divina corroboratur. Canonica dum in volumine juris Canonici reperitur authenticatum per Gregorium XIII. ut dixi tom. 2. de regim. Val. cap. 7. §. 1. n. 62. Divina, quia pluribus testimoniis sacrarum Scripturarum juvatur. Sic apud Hierem. c. 21. vers. 12. ibi: *Judicate mane judicium & eruite vi oppressos de manu calumniatoris, ne forte egrediat, ut ignis, indignatio mea.* Et dict. cap. 22. vers. 3. ibi: *facite judicium, & justitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniantis.* Et cum hæc dirigantur ad tranquillitatem Reipublicæ, idem testatur Apostolus epist. 1. ad Timoth. cap. 2. in princ. dum dicit, *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus.* Nec deficit B. Petri sententia, nam in epist. 1. c. 2. vers. 13. sic docet: *Subjetti igitur estote omni humane creature propter Deum sive Regi, quasi præcellenti.* Quæ & alia tradit doctissimus P. Franciscus Victoria relect. 3. de potest. civil. num. 7. ut fiat satis dubitationi objectæ per Farin. decis. 10. n. 13. in post. tom. 1. & Peña decis. 470. n. 17. tom. 1.

Quæ non limitativè ad negotia mere laica dicta sunt, sed etiam ad Ecclesiastica, ut docet sanctus Ildorus lib. 3. *scilicet de sum. bon. canonizatus in c. principes 20. ead. caus. & quast. ibi: Principes seculi nunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant.* Caterum intra Ecclesiam potestates necessaria non essent, nisi ut quod non prevaleret Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terro-

terrorem. Sæpe per Regnum terrenum proficit, ut qui intra Ecclesiam positi, contra fidem, & disciplinam Ecclesiasticam agunt, rigore Principum conterantur, ipsamque disciplinam quam Ecclesia humilitas exercere non prævalet, cervicibus superbiorum potestas principalis imponat; & ut venerationem mereatur, virtutem potestatis impartiat. Cognoscant Principes sæculi Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam sive angeatur pax, & disciplina Ecclesie, per fideles Principes, sive solvatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestatis suam Ecclesiam crediderit. Quibus verbis complectitur necessitatem Principibus impositam, ut curent de augenda pace, ac disciplina Ecclesie, non solum extra, sed intra; non tantum dum tyrannicè ab infidelibus conteritur, verum etiam cum disciplina ipsius Ecclesie munimine opus habet. Et hoc sub comminatione reddendi rationem Deo, qui miatus est Principibus, per Ecclesiastic. c. 10. vers. 8. dicens: *Regnum à gente in gentem transfertur, propter injustitias, & injurias, omnis enim violentia injuria est, & dilecto filio 6. de sent. excom. in 6. ibi: tanquam se spirituali mucrone defendens contra illius injuriam, & violentiam.* Text. in l. fullos ff. de fort. probant Lambert. Medices; Decian. & alii relati per Episcopum Fermosinum in c. 5. de jud. q. 3. n. 1. Et non dixit Spiritus sanctus propter injustitias, & injurias vestras, sive factas ab ipsis Principibus; quibus loquitur; sed absolutè propter injustitias & injurias. Quibus verbis continetur factæ ab aliis, & à Principibus tolerata. Nam qui potest avertere malum, & non avertit, reus ejusdem criminis fit. Sic docet S. Ambrosius lib. 1. de offic. relatus in c. non in inferenda 7. 23. q. 3. dicens: *Non in inferenda, sed in depellenda injuria lex virtutis est. Qui enim non repellit à socio injuriam si potest, tam est in vitio quam ille qui facit.* Alia jura Canonica ad rem expendit Dominus Crespi observ. 60. n. 19. Quod procedit tantum in casu quo Ecclesiastici manifestè dissipant Ecclesias, vel jura, vel extendunt manum ad temporalia, ut cum Caietano probat Victoria relect. 1. sect. 7. n. 3. & 4.

Neque ad id opus est jurisdictione, potestate juridica, aut imperio; sed facto violentiam propulsando, non secus, ac si impleretur auxilium potentioris transeuntis, quia cum unicuique licitum sit

vim vi repellere ex dictamine juris naturalis, supposito per Consultum in l. ut vim, ff. de just. & jur. & Pontificem Innocentium IV. in d. c. dilectissimo de sent. excom. in 6. Ne partes veniant ad arma, & ut urbanius agatur, ad Regem cujus officium est propulsare injurias, & violentias recurrunt oppressi, cujus rei rationem tribuit eleganter Paulus in l. non est 176. ff. de reg. jur. ibi: *non est singulis concedendum quod per Magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi.* Ad rem Salgado de Reg. protect. p. 1. cap. 6. num. 32. qui nulla adhibita inhibitione, vel præcepto, monet Ecclesiasticos, ut violentiam auferant, per litteras exhortatorias; & quamvis acta videantur, non inde sequitur quod judicium exerceatur, quia sicut transeuntis, qui duos corrumpentes videt, de facto debent informari, ut pugnam componant; sic Rex, ne deferat querelanti, se oppressum asserenti, acta vidit, ut factum percipiat n. 8. de. Neque ex eo quod Ecclesiastici judicialiter procedant vim cessare probabis; quia in judiciis plerumque, vis inferitur. Ut docet Ulpianus in l. lege Julia 7. ff. de vi public. ibi: *De vi publica tenetur qui cum imperium potestatis haberet civem Romanum adversus provocationem necaverit, verberaverit, jusseritve quid fieri.* Melior ad rem Text. in l. credidit 7. ff. ad l. Jul. de vi privat. ubi Callistrat. ait: *Tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur; vis est, & tunc, quotiens quis id quod debet sibi putat, non per judicem reposcit, ubi D. D.*

Ista namque violentiæ exclusio ad supremas potestates pertinet, sic docente Ulpiano in leg. illicitas 6. in princ. & §. ne potentiores. ff. de off. Præs. ibi: *Ne potentiores viri humiliores injuriis adficiant, neve defensores eorum calumniis criminibus insciantur innocentes, ad Religionem Præsidis provincia pertinet.* Quæ allegantur non in vim legis, quia in Ecclesiasticis solæ Canonice sanctiones eam obtinent; sed in vim rationis, quæ omnium legum spiritus est. Et cum Reges eam supremam potestatem exercent, ad eos ex officio violentias excludere hodie spectat. Quod in illo candido ævo Gothi nostri Reges cognoverunt, dum in leg. 4. proem. for. judic. ex Concil. V. Toletan. desumpta dixerunt de Regibus tractando. *Onde acoyran se devende sacar los coyados de las quebrantangas, e de aqui adelante non ayran*

poder las malas de empecer a todo ome cogtado. Et sic semper pte oculis habuerunt Reges Hispani, hanc oppressorum protectionem, ut patet ex prudentissimis verbis sapientis Alphonsi in l. tit. 10. part. 2. ibi: e. *Sobre todo, de velos cercar con justicia, e con verdad, e facerlos tener de guisa, que ninguno lo ose passar. E faciendo asi, avenirle a lo que dixo Fereias Profeta: yo te establezco sobre las gentes e los Reynos que desaignes, e desgañes, e plantes. E el mismo dixo en otro lugar que señalada obra es de los Reyes toller las contiendas de entre los omes, faciendo justicia, e derecho; librando los oprimidos*

12 de poder de los torticeros. Qua potestate utendo Regina Maria Domina de Molina uxor Sancti, & mater Ferdinandi IV. dum filius aberat, & ejus nomine Regna Castellae gubernabat, edidit memorabile rescriptum contentum in l. 4. styl. ad cuius finem verba ad rem non omittenda reperiantur. Deinde Rex Joannes I. in l. 5. tit. 1. lib. 2. *Ordin.* hujus potestatis a jure, & consuetudine derivat, usum suis Ministris commendat. Et tandem invictissimus Carolus V. pietate & religione nemini secundus in l. 36. tit. 5. lib. 2. *recopilat.* eundem usum attestando, iustitiam observantiam in supremis Senatoribus. Non per modum legis statuendo aliquid in detrimentum Ecclesiasticae jurisdictionis, sed attestando juris divini ordinatio- nem, juris naturalis dictamen, & consuetudinis inveteratae vim, à quibus derivat haec potestas, originem ducens ab ipso Deo, ut probatur Proverb. c. 8. vers. 15. ibi: *per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt; & Paul. ad Roman. cap. 13. ibi: Non est enim potestas nisi à Deo; quae vim suam à Deo ordinata sunt: itaque, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; cum aliis adductis per Victoriam d. *relect.* 3. num. 8. & Roam. de *jurib. Principal. quast.* 1. num. 5. cum seqq. Si autem naturali ratione, & jure vim vi repellere licet, & jure divino commissa Regibus est cura subveniendi oppressis, quia decentius, & urbanus agitur quam si unicuique relinqueretur propulsatio violentiae; clarè sequitur, quod nostrae leges optima cum ratione dicunt, quod jure pertinet ad nostros Reges potestas liberandi vi oppressos; praecipue dum agitur nulla jurisdictionali cognitione adhibita, neque praecipua iussione, vel inhibitione in*

Prælatos lata; sed de facto vim propulsando, ut reipublicae tranquillitas consequatur. Nec mirum esset, si quoad frequentiore usum loquendi verba praecipua à nostris Regibus emanarent, non quia Reges superioritatem quoad Ecclesiastica negotia in Prælatos affectent: sed quia Prælati tractantur ut Magnates Regni, & Consilarii Regum, sic novissime, & doctè probat D. D. Petrus Salcedo in *Theat. honor. gles.* 22. num. 15. allegando Textum in l. 31. tit. 3. lib. 1. *Ordin.* & auctoritates Didaci Perez, Bobadillae, Joannis Garcia, & Petri Gregorii: quibus addendi sunt D. Solorzano de *jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. c. 7.* & D. Mich. Cortiada t. 1. *decis. Cathal. decis.* 28. num. 31. qui alios adducunt.

16 Consuetudine id ipsum comprobatur orta eodem tempore quo immunitas Ecclesiarum inter orthodoxos observata reperitur. Consulto omitto differere de origine hujus immunitatis, quia plures gravissimi Doctores de ea tractarunt, quorum praecipuos cumulatunt Marius Curtel. in *erudit. tract. de prisc. & recent. immunit.* lib. 1. q. 1. Cortiada *decis.* 7. num. 17. & 41. cum seqq. Pius ac doctus Praeful Balbastrensis, jam ad Ecclesiam Turulensem, ac tandem ad Tirasontensem promotus, Don Didacus Frances Urrutigoiti in utilissimo tractatu de *compet. jurisd.* q. 35. ex num. 38. Sed omnia summa eruditione completens D. D. Josephus Fernandez de Retes, publicus Academiae Salmantinae Antecessor Primarius, jam in Senatu Castellae Sedens vitæ functus, in *allegat. sive concord. utriusque jurisd. pro immunit.* in *princ.* à num. 6. Et cum transferendi munus non susceperim, sufficiat percipere, in quo omnes conveniunt, id est, quod à tempore Magni Constantini immunitatis observantiam Ecclesia consequuta fuit, & ab eodem tempore cepit haec consuetudo observari. Quod rationibus, & auctoritatibus latè fundat Curtel. de *immunit.* lib. 2. q. 14. ex num. 38. qui num. 103. longum, & copiosum catalogum Sanctorum, & Scribentium ad probationem cumulans. Et sic solum ostendere conabor, quod in nostra Hispania, ab initio observantiae hujus immunitatis, consuetudo viget subveniendi Reges vi oppressos.

19 Ad quod suppono, quod in quaestionibus immunitatis valet argumentum à persona ad locum, ita ut reus qui ratio-

ne alicujus delicti venit degradandus, in Ecclesia tutus non sit, ut cum Farinacio, Diana, & Barbosa dixi *contr.* 7. num. 27. Quo supposito, notandum est, Gothorum Regnum in Hispania inchoasse ab electione Atraulphi, qui uxorem duxit Gallam Placidiam, Filiam Theodosii, & sororem Honorii, ut nostri Historiographi tradunt, quorum plures cumulat D. Did. Saaved. in *coron. Goth.* c. 2. li enim infecti haeresi Arriana,

20 potius Ecclesiam conculcabant, quam fovebant. Haec calamitas permansit usque ad Ricardum XVII. Regem Hispaniae, qui omnia ad orthodoxam fidem reduxit, ope & consilio Sanctorum Leandri, & Fulgentii; aliis relatis Saavedra *ibid.* cap. 15. Sed post tam longam alluviem malorum, non statim omnia pacata, & tranquilla remanere poterant; sicut necessarium erat ad stabilendam observantiam immunitatis per modum legis, inter viros bellatores, & sic Gundemarus, qui ei successit aliis quobus Regibus interpositis, Luiva nempe, & Uviterico primus fuit, qui immunitatis observantiam in Hispania lege sanxit, ut tradunt Villadiego ad *princ. Codicis for. judic. in chronica Regum Gothor. pag. 3.* Rodericus Sanctus Episcopus *Palent. in histor. Hispan. lib. 2. & Saavedra ubi sup. cap. 17.* Hujus Regis electio refertur ad annum. 610. gubernante Ecclesiam Bonifacio IV. ut scribunt P. Mariana *lib. 6. de reb. Hisp. cap. 2.* & Diago in *annal. Palent. lib. 5. cap. 10.* Quod intelligendum venit de institutione publicae observantiae ipsius immunitatis; nam, ut tradit D. Retes *ubi proxime*, prima institutio, quamvis non speciali lege divina, sed ratione juris divini, & naturalis ab initio nascentis Ecclesiae deducitur. Licet verum sit, quod lex scripta de hac observantia immunitatis, quae reperitur in Codice legum Gothorum, nempe l. 1. tit. 3. lib. 9.

23 *for. judic.* à Sisenando Rege lata dicitur in epigrapha illius, qui ad solum Regale evectus fuit anno 631. cui etiam tribuitur prima compilatio illius Codicis, Villadiego *ubi prox.* Mariana *d. lib. 6. c. 5.* & Diago *d. lib. 5. cap. 11.* quare non erit absurdum dicere Sisenandum sibi adrogasse gloriam legis, quam compilabat, licet lata fuisset regnante Gundemaro.

24 His positus, remanet probandum, quod ab eodem tempore Reges convalescentem hoc remedio cognitionis ex D. D. Laur. Matthan, de *Re Crim.* P. II.

traordinarie uti, ad propulsandas violentias Ecclesiasticorum. Quod deducit potest ex Text. in d. cap. *principes*, cujus verba tradidimus, *supra num. 3.* nam est sancti Isidori Archiepiscopi Hispanensis, qui tempore ipsius Sisenandi praefuit in Concilio I. V. Toletano, & decessit anno 637. ut aliis relatis tradit Saavedra *cap. 21. & 22.* idem probat mihi Textus in c. *filii*, vel *nepotibus* 31. 16. q. 7. cuius verba sunt haec. *Filii, vel nepotibus, & honestioribus propinquis, ejus qui construxit, vel ditavit Ecclesiam, licitum sit hanc bonae intentionis habere solertiam, ut si Sacerdotem, vel Ministrum aliquid ex collatis rebus praeviderint defraudare, aut commotionis honesta conventionem compescat, aut Episcopo, vel Judici corrigenda denuncient. Quod si talia Episcopus agere tenet, Metropolitanus ejus, hac insinuatione procedens, si a nemine Metropolitanus talia non gerat, Regis hac aures intumare non differant. Qui quidem Text. desumptus fuit à Concilio IX. Toletano habito anno 665. Regnante Reccesvinto, Mariana *d. lib. 6. cap. 8.* Diago *d. lib. 5. cap. 12.* Saavedra c. 24. in eo Patres definiunt modum subveniendi Ecclesiae, statuendo quod Patronus per se honesta commotione compescat, Clericum, vel Ministrum; quod est idem, ac vim vi repellere cum moderamine; si haec non sufficiant, Episcopum, vel Metropolitanum adeat, ac tandem ad Regem recurrat: ergo ab eo tempore recursus hic patet in rebus ad Ecclesiam pertinentibus. Quod sufficit, ut ab illa antiquissima aetate deducatur consuetudo, non solum tolerata, verum etiam statuta in Concilio Provinciali, cujus auctoritas magna est ex se, & ex eo quod in corpore juris Canonici posita reperitur. Et haec Text. expositio, forsitan novè traditur, cum à nemine inducatur ad firmandam nostram consuetudinem continuatam usque ad nostra tempora, ut ex juribus Hispanis expensis *supra n. 10. & seqq.* liquet, & à Sede Apostolica quodammodo confirmata, cum decisionibus adductis *infra n. 33.* nec omittenda quam adducit Joan. Valero Carthusianus, & religiosissimus de *diff. ur. for. verbo, peccatum. diff.* 30. in *fin.* attestando se obtinuisse, coram Reverendissimo Nuntio.*

Nec latet quod P. Antoninus Diana *p. 1. resol. moral. tract. 2. de immunit. resol. 13. cum duab. seqq. & part. 5. resol. 13. tract. 1.* triplicem solutionem huic Textui dare conatur, quas concludenter evellit Mar. A A a 3 Curtel,

Curtel. d. lib. 2. *quæst.* 15. per tot. *signanter* num. 29. quare non immoror; addendo quod licet per suppositionem dicamus, dictas solutiones concludere; nihilominus comprobatio consuetudinis remanet illata, quia nulla ex eis excludit observantiam implorandi auxilium Regis, dum Ecclesiastici negligunt juris præcepta, & à violentia non desistunt. Nec relevat evasio ejusdem Dianæ, dum postquam negare non audeat obligationem Regis, & potestatem subveniendi vi oppressis, ait, quod in facto nunquam casus evenit, in quo necessaria sit similis subventio. Quia quotidiana experientia contrarium ostendit his, qui in practicis se exercent, Joan. de Roa de *jur. Princip. quæst.* 1. ex num. 7. plura exempla ponit vis illatæ, seu inferendæ, quæ sæpè præ manibus habentur, Joan. Val. *dict. different.* 30. duas violentias innegabiles memerat, quas passus fuit. Didacus de Avendaño in *thesaur. iudico.* part. 1. *titul.* 2. *capite* 7. memorabilem ad rem historiam commemorat, num. 82. dicens: Pater Jacobus Alvarez de Paz sanctitatis, & doctriina laude conspicuus, quarum egregium specimen orbi universo scripta luculentissima representant; recursus, de quo loquimur, nisi sacrilegum reprobatur. Cùm vero Quitensis Collegii factus Rector, in eam urbem venisset, in qua Regia Cancellaria residet, vidissetque frequentes iudicum Ecclesiasticorum injurias, beneficio recursus profugatas, dicere solitus; justius nihil disponi pro republica bono potuisse. Nec prodest quod Diana neget, sicut nec profuit quod Plato legem non diceret in parricidas, quia opinabatur neminem detestandum crimen patrum; si postea experientia docuit necessitatem promulgandi legem Pompeiam, sicut, & admittendi recursus.

30 Quare hanc praxim sublevandi vi oppressos docuerunt ex Interpretibus legum Castellæ D. Greg. Lopez in l. 13. *tit.* 13. p. 2. *gloss.* 4. Avendaño de *exec. man. part.* 1. c. 1. n. 32. & part. 2. c. 6. n. 12. Castell in l. 49. *Taur.* n. 3. Aviles in c. 1. *Prætor. verb. mandamos*, num. 8. cum sequentibus. Montalvus *ta repertor. verb. Rex*, in *fin. Paz in prax. tom.* 1. c. 1. à. num. 23. Humada in *dict.* l. 13. *titul.* 13. *part.* 2. *verb. nin fuerça*, *gloss.* 4. ex num. 1. Morla in *empor. part.* 1. *titul.* 2. *quæst.* 14. num. 4. Olan. in *antonom. jur. lib. S. n. 76.* Mexia ad l. *Tolet. fund.* 2. p. 11. n. 47. Narbon. in

leg. 20. *titul.* 5. *lib.* 3. *recopil.* Larrea de *excoisio. Granat.* 2. num. 13. Bobadilla in *polit.* cap. 14. num. 34. cap. 13. *fer. per tot.* & cap. 18. num. 6. & in *not. littera A*, & cap. 19. num. 40. Azevedo in *leg.* 3. *titulo* 2. *lib.* 1. *recopil.* ex n. 20. & in *leg.* 16. *titulo* 6. *lib.* 3. *numer.* 3. & in *leg.* 2. *tit.* 6. *eadem* *lib.* 1. *num.* 1. cum sequentibus. Didacus Perez in l. 5. *titul.* 1. *lib.* 2. *Ordin.* Patias dorus *rer. quotid. infesquicent. differ.* 76. §. 1. num. 3. Don Joan. Vela de *delict.* part. 2. *cap.* 6. num. 34. Joan. Garcia de *nobil.* *gloss.* 3. §. 1. n. 29. & *gloss.* 9. n. *fin.* *vers. sexta conclusio.* Pichard. in *manu. duot.* ad *prax.* part. 3. §. 3. num. 3. Hevia Bolaños in *Cur. Philip.* part. 1. §. 5. num. 34. Monteroso in *pract.* part. 5. *titul.* del *procef. Eccles.* Torrecubana de *magia*, *lib.* 3. *cap.* 26. ex num. 2. & de *jur. spirit.* *lib.* 1. *cap.* 10. per tot. Rodriguez de *ann. red.* *lib.* 1. *cap.* 17. à. num. 66. Don. Josephus Vela *differ.* 10. num. 71. & *differ.* 44. ex num. 46. Cevallos *comm. cont. com. quæst.* 897. ex num. 10. & *tract. de via violen.* per tot. Anguiano de *legib.* *lib.* 2. *con.* *tror.* 17. num. 94. cum *segg.* Castillo de *Tertius.* *seve tom.* 7. *cap.* 41. ex n. 163. Alfar. de *offic. Fiscal.* *gloss.* 2. *numer.* 14. Carrasco ad *leg. recopil.* *cap.* 6. §. 4. num. 18. Amaya in l. 5. *Cod. de jur. Fisc.* *lib.* 10. n. 36. Solozgan. de *jur. Indiar.* *lib.* 3. *cap.* 2. ex num. 8. & *lib.* 4. *cap.* 26. & in *polit.* *lib.* 5. *cap.* 3. §. 10. *decimo.* Salcedo de *leg. Polit.* per tot. *signanter* *lib.* 1. *cap.* 6. & 7. Marius Curtel. d. *tract.* de *immunit.* *lib.* 2. *quæst.* 1. 4. Pareja de *instrum. edit.* part. 1. *tit.* 2. *resol.* 6. num. 260. & *resol.* 7. à. n. 1. & novissimè D. Retes in *d. concord.* §. 3. ex n. 56.

Nec solum scribentes juxta leges Castellæ hanc partem tuentur, verum etiam alienigeni qui de suis Regnis, & legibus idem testantur, Carol de *Graf.* *lib.* 1. *regal.* *Franc. jur.* 7. *Rebuff.* *lib.* 3. *tit.* de *appellat.* *tantum ab abus.* per tot. *Guid. Pap. decif.* 562. num. 2. *Matth. de Afflic.* *decif.* 24. Lucas de Peña in *leg. si coloni*, q. *fin.* C. de *agricol. & censit.* *Franc.* *Marcus decif.* 2. num. 1. & *decif.* 100. n. 1. & *decif.* 512. n. 2. *tom.* 1. *Camil. Borrell.* de *præstant.* *Reg. Cathol.* *cap.* 71. *numer.* 58. *Maynard.* *decif.* *Toloz.* num. 3. *lib.* 1. *Ca.* *cheran.* *decif.* 30. *Milinger.* *cent.* 2. *ob.* *serv.* 67. *Boër.* *decif.* 69. num. 23. *Guillol.* *Benedic.* in c. *Rainucius verb. uxorem*, n. 39. de *restam.* *Petr. Gregor.* de *repub.* *lib.* 13. c. 1. *Alciatus respons.* *lib.* 7. *conf.* 17. ex num. 11. *Pacian.* *conf.* 64. n. 23. cum *segg.* *Ant. Fab.* in *Cod.* *lib.* 7. *defn.* 1. cum pluribus *segg.*

segg. *Marquil.* ad *usat.* *aliud namque.* *vers.* *nota*, fol. 332. col. 4. *Oliban.* de *jur. Fisc.* *cap.* 13. n. 36. *Ferrer.* *part.* 1. *observ.* c. 22. *Jacob.* *Cancer.* *variar.* *lib.* 3. c. 10. num. 45. *Fontanel.* de *pac. nupt.* *claus.* 4. *gloss.* 3. n. 8. & *gloss.* 13. p. 3. n. 11. & *decif.* 284. n. 10. & *decif.* 316. cum *segg.* *Ripoll.* *var.* c. 1. n. 42. & de *regal.* c. 6. n. 34. & c. 11. per tot. *Porto.* *les ad Molin.* *Sappell.* 35. & §. *firma.* num. 100. cum *segg.* *Sesse* in *epist.* ad *Reg.* in *prin.* *tom.* 2. *decif.* & *tract.* de *inhibit.* c. 8. §. 3. & *segg.* & *decif.* 114. d. *tom.* 2. *Calixtus* *Ramirez* de *leg. Reg.* §. 20. ex n. 83. *Sarav.* de *jurisd.* ad *junct.* q. 30. D. D. *Franc.* *Hier.* *Leon decif.* *Val.* 2. n. 14. cum *segg.* *Peguera* *decif.* 92. per tot. *Suelves conf.* 31. à. num. 11. *lib.* 1. *Carleval.* de *jud.* p. 1. *tit.* 1. *disput.* 2. n. 108. *Gabriel.* *Percyca* de *manu Reg.* per tot. *signanter* p. 1. c. 1. & 2. in *pralud.* & p. 2. c. 50. *Lancel.* de *attentat.* p. 2. c. 4. n. 36. *Thefaur.* *decif.* 131. & *decif.* 82. *Carol.* de *Tapia* de *jur. Neapol.* *rb.* 4. n. 11. *lib.* 1. *Barbosa.* in l. *Titia*, n. 47. *sol.* *mar.* *rim.* *Scaccia* de *appellat.* *lib.* 1. c. 11. n. 95. & c. 34. n. 30. *Joann. Bapt.* de *thoro* in *comp. decif.* *tom.* 1. *verb.* *judex.* *laicus.* *Fran.* *quil.* *decif.* 193. n. 11. ubi *Addent.* D. *Vico* ad *pragm.* *Sardin.* *tom.* 2. *tit.* 51. D. *Crespi*, *observ.* 3. ex n. 17. *latè* & *locupletè* *Cortia* *tom.* 1. *decif.* 2. n. 53. & *decif.* 29. à. num. 110. Quorum plures hanc sententiam tuendo, laudaveram *tom.* 2. de *regim.* *Valent.* *cap.* 7. §. 1. num. 57. cum *segg.*

32 Ex Præfulibus, religiosissimis viris, & Scriptoribus Ecclesiasticis doctissimus Cardinalis Caietanus *tr.* 1. de *act.* *Papa*, *cap.* 21. in *respons.* ad 2. *ration.* & in *comment.* ad *S. Thomam* 2. 2. *quæst.* 39. *artic.* 1. ad *fin.* Dominus Didacus Covarruvias Episcopus Segovienfis c. 35. *præ.* *ficar.* *ex num.* 2. *Simancas* Episcopus Civitatenfis de *Cathol. instit.* *tit.* 45. n. 35. *Felicianus* de *Vega* Archiepiscopus Limentis in c. 3. de *judic.* n. 99. & *segg.* *Epif.* *copus Segovien.* *Arauxo* in 1. 2. *S. Thom.* *quæst.* 97. *disput.* 3. *sect.* 5. *differ.* 4. ex n. 13. *Præful* *Fermosin.* in c. 2. de *judic.* q. 19. ex n. 3. *Episcopus* *Chilenfis* *Villaroël* in *gubern.* *Ecclesiast.* p. 1. q. 1. *art.* 11. n. 33. & p. 2. q. 11. *art.* 5. n. 95. Neque impugnat nostras amantissimus Præful Turulenfis *Urrutigoiti* in *addit.* ad *decif.* 481. *Francisci* *Peña* num. 1. & *segg.* imò clarè concedit *tract.* de *competent. juris.* *quæst.* 40. num. 39. *Aufredus* in *repet.* *clém.* 1. de *offic. Ordin.* *gloss.* 2. *fallent.* 30. *Segura* *Davalos* in *direct.* *judic.* *Eccles.* *part.* 2.

cap. 13. num. 51. doctus *Navarro* in *cap.* cum *contingat*, *remed.* 1. de *rescript.* *Joan.* *Gutierrez* de *juram. confirmat.* *part.* 1. *cap.* 2. num. 26. & *præficar.* *lib.* 1. *quæst.* 20. per tot. *Joan.* *Valero* de *different. utr.* *for. verbo peccatum*, *dict.* *differ.* 30. *Vivald.* in *candelab.* *Eccles.* in *explanat.* *Bul.* in *can. Domini*, *casu* 14. ex num. 102. *Ignatius* *Salcedo* ad *præficar.* *Canon.* *Bernard.* *Diaz* *cap.* 102. *littera* *A*, *P.* *Michaël* *Salon.* *tom.* 1. de *just.* & *jur. quæst.* 67. *artic.* *controv.* 1. & 2. *P.* *Marquez* in *Gubernat.* *Christian.* *lib.* 2. *cap.* 25. ad *fin.* *Velaquez* de *optim.* *Princip.* *lib.* 4. *adnot.* 7. num. 7. *Joannes* de *Roa* de *jurib.* *Princip.* *quæst.* 1. per tot. *Victoria* *dict.* *relect.* 3. ex num. 1. *Sorus* in 4. *sentent.* *dist.* *dist.* 25. *quæst.* 2. *artic.* 2. *Driedo* *lib.* 2. de *libert.* *Christ.* *pag.* 52. *Dominicus* *Bañez* de *just.* & *jur.* *quæst.* 67. *artic.* 1. *con.* *clus.* 6. *Franciscus* *Peña* si bene perpendatur *dict.* *decif.* 481. num. 15. & 16. & *decif.* 482. num. 2. *Cenedo* *collect.* 5. ad *decretum*, & *Canoniar.* *quæst.* 45. per tot. *Carolus* de *Grallis* de *effect.* *Clericat.* *effect.* 1. num. 396. *Johannes* de *la Cruz*, de *statut. relig.* *lib.* 1. *cap.* 6. *artic.* 2. *dub.* 2. *conclus.* 1. *Enriquez* *lib.* 14. *cap.* 12. num. 6. in *gloss.* *littera* *Q*. *Jacob.* de *Grallis* in *decif.* *aur. cas. conscient.* *part.* 1. *lib.* 4. *capite* 18. *numer.* 129. cum *segg.* *Rodriguez* in *addition.* ad §. 9. *Bull. Cruciat.* fol. 159. *Hieron.* *Llamas* in *instrucl.* *Confessor.* *part.* 1. *cap.* 7. §. 19. *Vasq.* in *apolog.* *per* *jure* *Ecclesiast.* *contr.* *process.* *per* *viam* *violent.* *disput.* 2. *cap.* 9. num. 6. *Balboa* in *cap.* 2. de *jud.* num. 19. *Fragolo* de *reg. resp.* *Christian.* *tom.* 2. *pag.* 208. *vers.* *excusatur.* *Sayrus* de *censur.* *lib.* 3. *cap.* 17. novissimè *Didacus* *Avendaño*, in *thesaur.* *Iudico*, *part.* 1. *titul.* 2. *cap.* 7. & *tit.* 4. c. 8.

Nec sunt decisiones Rotæ Romanæ, nempe *decif.* 36. *Achilles* *tit.* de *appellat.* *decif.* 1003. *Seraphin.* d. *decif.* 482. *Peña* & *decif.* 183. & alia plures per Doctores passim adductæ, quibus diffinitum habemus hoc recursus simplicis non improbari. Quibus non obstant *decif.* 10. apud *Farin.* in *posth.* *tom.* 2. cui *responsum* *dedi.* d. c. 7. §. 1. n. 70. sicut *Sesse* & *Salgado* respondent d. *decif.* 480. apud *Peña*, ut notat *Episcopus* *Turulen.* d. *decif.* 481. n. 3. cui addendus *Avendaño*, d. c. 8. n. 50. Et cum tot tantique viri peritissimi justificationem hujus recursus abundè comprobent respondendo ad objecta *Dianæ*, *Barbosæ* & cæterorum con-

trariae opinioni faventium, non debemus nos tractata iterum revolvete.

34 His fundamentis iactis, ut ad specialia nostrae Controversiae deveniamus, notare debemus quod vis ab Ecclesiasticis inferri solet duplici ex causa. Vel quia, appellationi interposita à sententia lata per eos, in his quae ad suam jurisdictionem spectant, non deserunt in casibus à jure concessis, de quo Salgarius tractat, in tot. vol. de Protec. reg. Pe. reyra in tract. de manu reg. & plures ex relatis sup. n. 30. cum seq. Vel quia mittendo falsem in messe aliena de laicorum causis profanis cognoscendo, non solum

35 laicos gravant, sed jurisdictionem Regiam perturbant. Et licet in eo iudicio facilior aditus sit Regiae potestati, quia hic laici supponuntur, non subditi, & defectus jurisdictionis objicitur, acrius tamen ferre Ecclesiastici solent, quod ex hac causa propulsetur violentia, forsitan quia dato decreto quod vim faciunt in cognoscendo & procedendo, causa remissa censetur iudici laico, quam Ecclesiastici amplius prosequi non valent. Sed similibus praxis admisa utique est ab immemoriali tempore eisdemque nititur fundamentis. Et hoc non tantum in

civilibus, verum in criminalibus, quando scilicet, Reus criminis excepti, ab immunitate per notorietatem facti, vel juris, opem Ecclesiastici implorat, dicendo se à loco immuni violenter extractum fuisse. Nam violenter Ecclesiasticus procedit per censuras, si liquidè constat reum non confugisse ad locum immunitatis, vel patrasse aliquid ex criminibus quibus Ecclesia denegat privilegium immunitatis. Nam quolibet ex his

37 concurrente, deficit qualitas ratione cuius iudicium Ecclesiastica exciretur, cum loquamur de Reo laico, & de crimine profano, aut mixti fori, cuius praeventioem obtinet laicus. Quia si Reus Ecclesiasticus sit, vel crimen ex his quae privativè pertinent ad Ecclesiam, tunc res aliter tractanda erit.

38 Et ut facilius observantiae soliditas percipiatur, quamquam calamus horrescit aliorum dicta transcribere, necessarium duxi gravissimorum virorum verba in medium proponere, ne ratio dubitandi remaneat, si aliquis, ut evenire solet, negare audeat istius praxis realitatem.

Illustrissimus D. D. Didacus Covarruvias toto Orbe doctrinà celeberrimus in dict. cap. 35. pract. num. 2. versic. ar. si laicus, haec inquit: *Ar. si laicus per Judicem Ecclesiasticum gravetur, nec ipse Judex sit illius causa competens, quia reus laicus est, & causa profana; tunc etiam gravatus appellet, dantur litterae Regiae de hoc ut Judex Ecclesiasticus non cognoscat de ea causa, & remittat eam ad Judicem secularem, vel mittat processum ad Curiam: quo viso, si causa pertinet ad seculares Judices non agitur de deferenda appellatione, sed inhibitor Ecclesiasticus cognitione illius litis, & remittitur causa ad secularem Judicem.* Quae quidem generalis doctrina comprehendit causas immunitatis praetensa, quia ratio tributiva jurisdictionis Ecclesiastica est sola violatio immunitatis, sed in sententia ipsius Domini libro 2. variarum, capite 20. numero fin. vers. trigesimo quarto inferes: immunitas non violatur si extractus gaudere non debet juxta Canonicae sanctiones: ergo causa remanet merè profana, & Ecclesiasticus gravat cognoscendo, & procedendo.

40 Dominus Gregorius Lopez, Hispanus Accurtus in dicta lege decimatercia, titulo decimo tertio, parte secunda, glossa quarta, quam nostrates glossam magnam vocant, postquam in principio jecit fundamenta procedendi per viam violentiae, concludit ad finem, dicendo: *Ne dum causa Ecclesiastica venit ad Curiam per viam violentiam, vel inter Ecclesiasticas personas; sed etiam quando retinetur causa in Curia, quia est causa fori secularis, & super re profana, & questio vertitur in foro Ecclesia contra laicum.*

Castillus de Bobadilla libro secundo politic. capite decimo quarto, numero trigesimo quarto. Sic ait: *T. asi se stila, y se sententia en los tribunales superiores, quando se trata del remedio, y auxilio real para quitar las fuerças, que hazen los Ecclesiasticos, procediendo en estos casos contra los Ministros de Justicia.* Latine sonant haec verba: *& sic observatur, & definitur in supremis Senatibus cum agitur de remedio, & auxilio Regio ad tollendam vim quam inferunt Ecclesiastici procedendo in his casibus contra Justitia Ministros, in capite decimo septima, plura adducit ad rem, cap. 18. num. 60.*

modum

modum procedendi si Ecclesiastici à violentia non desistant describit: & in notis lit. A, hanc praxim illustrat Doctorum auctoritatibus, ac tandem c. 19. num. 40. addit Cada qual de los reyes Ecclesiastico y seglar procede, et uno promulgando censuras, y el otro procediendo contra el delinquente, y amparando se con apelaciones, y con el auxilio real de la fuerza. Latine (nam haec non tantum Hispanis, quantum exteris scribuntur.) *Unusquisque Judicem, Ecclesiasticum, & laicum procedit, unus censuras fulminando, & alius procedendo contra delinquentem, & usando appellationibus, & auxilio Regio contra vim.*

42 Petrus Nuñez de Avendaño allegari solet, lib. de exec. mand. p. r. cap. 1. num. 32. Sed ego ad rem expendo ipsum, in c. 22. ejus. 1. part. qui num. 1. loquendo de Judicibus ecclesiasticis, qui jurisdictionem Regiam perturbant per censuras sub praetextu privilegii fori, & laicis imponit necessitatem appellandi, & certiorandi Regem, & ait: *Quod procedit quando aperte promulgantur censurae causa impediendi secularis jurisdictionem, & sic in causa illicito, ut probant verba illa leg. 16. tit. 6. lib. 3. recopil. para que se impida la nuestra real jurisdiccion: ibidem num. 4. tractando de clerico prima tonsura & assassino ait: Si hujusmodi clericum capit secularis, potest eum punire non spectata degradatione Ecclesiastici iudicis, quia illud crimen est adeo grave quod Ecclesia non habet poena impositionem condignam, & ideo statim punit secularis. Et num. 9. agendo de immunitate loci, subjungit. Ex supra dictis assero tenendum in practica quod in gravissimis delictis fugiens ad Ecclesiam non debet ejus immunitate gaudere, ita ut in his omnibus iste Doctor tenet, quod Judex secularis appellare teneatur à censuris & Regem certiorare, ut vim propulset illatam, si Ecclesiasticus per censuras procedat.*

43 Gabriel Monteroso, in pract. tit. 5. del tercer proceso Ecclesiastico, materialem praxim hujus recursus late describit, cuius auctoritas non contemnenda est: nam praxis illa composita fuit per Senatorem Pincianæ Cancellariae nomine suppresso, ut testatur Franciscus Carrasco, inferius expendendus n. 47.

44 Ignatius Saldedo ad prax. canon. Bernard. Diaz, d. cap. 102. lit. A, haec tradit: *Si vero Laicus per Ecclesiasticum Judicem gravatur, eo quod ipse illius causa de*

qua controversatur Judex non sit competens si appellationem interposuerit litterae Regiae dantur quibus praecipitur Judici Ecclesiastico, ne amplius de illa causa cognoscat, sed potius ad Judicem secularem remittat, vel mittat processum ad Regiam Curiam, quo viso, si causa spectat ad secularem Judicem non agitur de appellatione differenda, sed inhibitor Ecclesiasticus Judex, causa vero ad secularem remittitur.

Joannes Garcia, de Nobil. Gloss. 9. vers. sexta. conclus. num. fin. ita dicitur: *Unde insurgit ut gladius temporalis est quoad exercitium ordinarium apud seculares, quoad Judices Ecclesiastici non possunt vocare ad se Laicos de re profana, nec in Regio permittitur, & dantur quotidie mandata Regia.*

45 Didacus Perez, in l. 5. tit. 1. lib. 2. Ordin. din. Gloss. pue dan conocer: Dixit. Ex qua fundatur hodierna practica, quod quando quis dicit sibi vim à Judice Ecclesiastico, vel ab alio conferri, datur compulsoria ad hoc ut admittatur talis appellatio, vel processus mittatur ad Regiam Cancellariam, & gloss. entre los Prelados; ibi: *Hoc procedere quando etiam inter Clericos est questio ex utraque parte, vel ex una inter Clericos, & ex alia inter Laicos.* Iste namque Doctor difficiliorem recurrem credit, ut diximus, quando lis agitur inter clericos, quam si agatur inter laicos, ut inquit augmentativa illa etiam.

Franciscus Carrasco, ad leg. Reg. c. 6. §. 4. num. 24. ait: *Quando se provee auto de legos se retiene la causa, y proceso della como lo referen los practicos, y lo trae Cevallos & ante eum Monteroso o quien fuere el que hizo aquella practica que muy bien puede y deve alegarse in judicando & consulendo porque se entienda aver sido conpuesta por un Oidor de Valladolid.* Latine: *Quando datur decretum Laicorum retinetur causa & illius processus, ut referunt Practici, & adducit Cevallos, & ante eum Monteroso, vel qui eam practicam fecit, qua bene allegari potest in judicando & consulendo, quia creditur compositam fuisse à quodam Senatore Vallisoleri.*

48 Gaspar Rodriguez, de ann. redit. lib. 1. quest. 17. num. 70. haec scripsit: *Aut causa coram Ecclesiastico deducta, non ad eum, sed ad Judicem laici jurisdictionem pertinet: quia super rebus profanis, & contra laicum ream nota: & tunc Senatus omnia acta per Ecclesiasticum annullat, & causam ad Ordinarium Judicem secularem remittit, vel eo suspecto ipsius cognitionem retinet, ut etiam*

etiam advertit Salcedo, ubi suprâ. Istum decretum auto de legos pragmatici appellant.

49 Don Josephus Vela, lib. 1. dissert. 10. num. 71. sic dissert: Possit merito debitor conventus, illius declinare iudicium, ab eiusque processu appellare, & per viam violentiæ (ut vocant) ad Regia Pratoria deferre, ubi Ecclesiasticum in cognoscendo & procedendo adversus talem debitorem laicum vim facere declarabitur, vulgo Auto de legos. Quinimò idem, consequetur, & si declinatoriam non objiciat, neque appellationem interponat. Sed lib. 2. d. dissert. 44. ex num. 46. fundamenta hujus praxis tradit.

50 Gabriel Pareja, de univ. instrument. edit. p. 1. tit. 2. resol. 6. num. 260. breviter praxim complectens, ait Aut ad Senatam; sive ad Regias Audientias recurritur pro vi Judicis ecclesiastici auferenda, & pro obtinendo decreto laicorum, vulgò auto de legos. Iterum ipse, resol. 7. à n. 1. fundat latè hanc potestatem tollendæ vis, & n. 35. quid fiendum ex actis editis post datum decretum laicorum describit.

Joannes Roa, in dit. tract. de jurib. Principal. quest. 1. num. 36. nostram praxim approbat his verbis: Si contigerit vis in usu immunitatis, & libertatis, id est si Ecclesiastici Judices, & Clerici excederent in modo defensionis rerum Ecclesiasticarum, atque Templorum, & personarum, quia mitis esse debet, nec more castrorum Ecclesia est armis defendenda, quibus si uterentur excederent debitum modum: vel etiam si extra limites immunitatis Ecclesiastica prodirent, ut si in casibus quibus nec Clerici, nec res eorum, nec delinquentes ad templa recurrentes immunitate gaudent, vellent Ecclesiastici immunitatem violenter defendere, in his enim vis & injuria ferret Reipublica, & seculari potestati per Ecclesiasticos. In his ergo casibus, licitum est, imò expediens esse dicimus, Principem, & quemvis iudicem secularem ad cuius districtum negotium spectet, auferre vim in usu immunitatis illatum ab Ecclesiasticis hoc modo: ut primum adversus armorum vim, & tumultum donec quiescat respublica se opponat, & sine Canonis scrupulo auferant ab Ecclesiasticis arma illa quibus tumultus fovetur. Deinde secundo in casibus in quibus aperte Ecclesiastica immunitas exceptionem patitur secundum juris ordinationem, aut consuetudinem probatam; licitè utentur jure suo seculares Magistratus, & non est illis vetitum, non

observare immunitatem tunc, sicut velaretur in illis casibus, in quibus illa conservari debet. Et postquam num. segg. modum procedendi confirmat, supposito moderamine inculpatæ tutelæ, tandem n. 47. ait: At verò in re manifesta indicium non est, sed inspectio clara injuria. In re autem ista Judices non utuntur jurisdictione, sed protectione paternali. Prosequitur doctè & piè: quare sive Theologus, sive peritus in jure sit, & lectorem obsecro quod omninò hujus doctissimi viri duas primas quæstiones attendat.

Joannes Jafes Parladorus, rerum quòtid. lib. 2. in seq. tit. diff. 76. §. 1. num. 3. hæc tradit: Porro si Juxta laicum perat à Judice Ecclesiastico, ut eum audiat, suasque recipiat exceptiones, asserens, nihil se contra Ecclesiasticam egisse immunitatem, debet Ecclesiasticus Juxta illum audire, partesque ad probandum admittere, atque ita Juxta seculares coram Ecclesiastico exhibet exemplum actuum à se gestorum, testes summarè receptos reproducit, seu (ut vulgò loquuntur) ratificat, Lapsus igitur terminis casusque conclusa Ecclesiasticus Juxta sententiam pronuntiat, à qua secularis si intelligitur injustè pronuntiatse appellat, Regiumque protestatur auxilium: additi Regii Auditores pronuntiant, aut Ecclesiasticum Juxta deferre debere appellationi, aut non debere deferre: si pronuntiant deferendum esse appellationi, Juxta seculares remanet Juxta causa; si autem pronuntiant non esse deferendum appellationi, Ecclesiasticus coercet censuris laicum iudicem, donec reum Ecclesia restituat, nec ante eum à censuris absolvit, quam penitentiam agat de immunitate violata.

Alphonfus de Azevedo, in d. l. 3. tit. 2. lib. 2. recopilat. num. 20. ibi: Secularis ipse Juxta occurrit coram Ecclesiastico, & in modum gravaminis libellum proponit, nomine suo, & Jurisdictionis Regia. pretendendo annullari, & revocari mandatum, & allegando se potuisse illum extrahere, quia tale delictum commissum est, pro quo non debet gaudere immunitate; & tamen in defensionem, quod sic non fiat, appellat in forma, & protestatur expensas, & damna, & remedium del auxilio de la fuerza. Et tandem concludit: Juxta seculares Justitiam fovens, nam de hoc loquimur, afirmando se in appellatione, & protestationibus appellat iterum à tali sententia, & prosequitur in appellationis gradu, & ut absolvatur cum ordinaria provisione adfert processum ad Cancellariam in gradu ordinario violentiæ

tiæ. Ipse enim in l. 2. tit. 6. eod. lib. 1. ad fin. remissivè de duobus modis propulsandi vim, praxim testatur.

54 Gundifalvus de Paz, in prax. tom. 1. p. 5. c. 3. §. 3. n. 18. hæc tradit. Unde quoties casus occurrerit, in quo confugiens gaudere non debeat, Juxta seculares impune (cognito prius quod Reus gaudere non debet) poterit illum extrahere. Et si Juxta Ecclesiasticus suis censuris impedire velit, ab eo appellare poterit ad Juxta Ecclesiasticum superiorem, protestando auxilium Regium violentiæ, & mittere debet illico ad Cancellariam provisione, ut per viam violentiæ ducatur processus originalis & mittendū est mandatum uni ex procuratoribus Cancellaria cum relatione facti. Quæ quidem provisio concedit statim, ut processus deferatur, & interim Ecclesiasticus absolvat excommunicatos, & interdictum suspendat, per tempus sexaginta dierum. Et si in Cancellaria remittatur negotium ad Juxta seculares pronuntians locum habuisse appellationis illius ab Ecclesiastico dictus Juxta seculares procedit contra delinquentem. Latino sermone verba trado, ne tardiosa repetitio fiat, quod in reliquis observabo.

Joannes de Evia Bolaños, in Curia Philipp. p. 1. §. 5. n. 4. sic dicit, In Audientia Regis cognoscitur de violentiis illatis per Juxta Ecclesiasticos, quando aliquis laicus querelam proponit ex eo, quod in causa merè profana proceditur per aliquem ex eis contra ipsum. Et p. 3. §. 12. n. 61. ibi: Et si nihilominus proceditur, appellat ad Sanctissimum, vel ad eum ad quem de jure pertineat, & protestetur auxilium violentiæ, adeat Regiam Majestatem, & suam Regiam Audientiam: & si obtinuerit provisionem ordinariam, ut absolvat ad aliquem terminum, & mittat acta originalia ad Audientiam, notam faciat eam; si minus mittat pro ea curando quod acta ducantur ad Audientiam. Et si in ea visis pronuntietur Ecclesiasticum vim non intulisse, restituat confugiens Ecclesie; & si pronuntietur vim intulisse, procedat in eum, & puniat.

56 Don Joannes Vela in aureo tractatu de delict. p. 2. c. 6. n. 34. hæc docet. Sed hoc de stylo non observatur: nam Juxta seculares nulla precedente sententia delinquentes extrahit ab Ecclesia, & Juxta Ecclesiasticus eos repetit per censuras, à quibus appellat seculares, & à supremis Tribunalibus impetrat mandata Regia, ut Ecclesiasticus excommunicatos absolvat, per sexaginta dies & suspendat interdictum, intra quem dierum terminum processus mittendus est ad Juxta seculares superiores, qui si animadvertunt delictum de

exceptis, declarant Juxta vim faceres, & tunc secularis procedit in causa ad puniendum delinquentem.

Alphonfus de Villadiego, in polit. c. 5. n. 246. cum segg. ita scribit: Si offeratur casus extrahendi delinquentem facta summaria, requirat cum ea Provisionem, vel Juxta Ecclesiasticum, ut dictum est, & eo extracto si postea invenerit quod gaudere debet, aus intellexerit quod sententia restitutionis Ecclesie justa est, restituat cum illico, antequam ab aliquo peratur, quia animi levitas non est obtemperare, ante coercionem superioris. Et si Ecclesiasticus procedit injustè in eum per censuras, substantiet causam exhibendo coram eo copiam informationis, & actorum, quæ facta per eum fuerint ad justificationem, & appellet in tempore formaliter ab omnibus procedimentis Ecclesiastici, & à censuris, & ceteris ab eo gestis, protestando nullitatem, & auxilium Regium violentiæ, & declinando jurisdictionem, & mittat illico ad impetrandam provisionem ordinariam, quæ concedi solet in Regis Cancellariis, ut absolvat per sexaginta dies; aut in consilio qui datur per octoginta, & injungat eam ut pareat, & absolvat, & interdictum suspendat, si positum fuerit curando quod acta transmittantur ad Regis Audientiam, virtute dictæ provisionis ordinariæ, quæ compulsoria est. Et cum pronuntiatum fuerit Ecclesiasticum vim non fecisse, restituat confugiens Ecclesie: & si pronuntiant vim fecisse, debet procedere contra eum prout de jure reperiet.

Hicronymus Cevallos, in tr. de via viol. pluribus in locis de hoc articulo agit, sed ad rem propius, part. 2. q. 5. ex n. 19. quòlatè praxim describit, & n. 22. ita loquitur: sed si casus fuerit notorius, in quo Reus non debet gaudere juxta sacros Canones, & motum proprium Gregori XIV. in: pronuntiat quod Juxta Ecclesiasticus vim inferat, & quod deferat, & reponat, & causa remittitur ad secularem, & censura tollitur; quo in casu potest secularis judicare causam contra Reum, & executioni mandare sententiam.

Antonius Pichardus, qui suo tempore meruerat Præceptoris communis epithetum, in manu. ad prax. p. 3. §. 8. sic docuerat: Quod si confugiens immunitate frui non debeat, Juxta seculares impune poterit illum extrahere; & si Juxta Ecclesiasticus suis censuris impedire velit; ab eo appellare debet ad superiorem Ecclesiasticum, & protestari auxilium Regale de las fuerças, mittitque ad Cancellariam casus relationem, item & mandatum cuidam Procuratori, ut is Juxta seculares nomine ordinariam Regalem provisionem